rem irā testant̄ asseq̄. piculosa ac turbulēta sunt  
principū uitia. sed ira maiorē stragē edit facul-  
tati rerū cōiuncta. Bene prestāterq̄ scribit sene-  
ca perire funditus ōnia/ ubi q̄tū ira suadet/for-  
tuna pmittit. Darius persarū rex bellum ad  
uersus sithas moturus offēsus ortobaci nobilis  
senis precibus in solaciū senectutis rogātis unū  
e tribus liberis sibi relinq̄/plusq̄ peteret pollici-  
tus se daturū oēs tres in eius cōspectu occisos ob-  
iec̄it. Xerxes cū grecis gesturus bellum parēti  
qnq̄ filiorū unius uacationē petenti ira motus  
quē uellet eligendi ptāte cōcessa/eum quē dele-  
gerat in duas ptes cōsectū ab utroq̄ uie qua exer-  
citus trāsiturus erat latere suspendi iussit. Tran-  
seo nrōs principes! ne quem mea notet oratio. at  
tñ req̄rebat multorū salus illos fuisse paulū ab  
ira remissiores. cuperē ut hoc uno tātū urgerent̄  
malo. sed multa illam uitia ḍsequunt̄. Primū  
uesana ambitio malus officii magister. qui eos  
semp ampliandi/pferendiq̄ dominii cupidita-  
te incensos in aliorum pniciem/stragemq̄ irri-  
tat atq̄ impellit. hinc cum uicinis bella/hinc ce-  
des incendia nationū populatōes/et prouincia-  
rum descendunt. Vbi enī imperandi cupiditas

regnat' ibi pacis/ aut ocii ratio esse non potest.

Tum uero luxuria/ et libidines uarie que cū  
etiam doctissimos / ac sapientes uiros quādoq; ab  
officio declinare coegerūt. Quid in principibus  
uiriū/ aut auctatis habere putatis? in qbus licē-  
cia cū stulticia admiscerunt? que sensuū uoluptati-  
bus potius q; rationi obtēperantes nō solū illas  
cohercere/ sed etiā allicere cōsueuerunt. Blandū  
id qdem malū/ et ppter quod multi iam fuerūt  
e principatu pulsi. Quid aut turpius/ ne dicā in-  
felicius alexandro/ et priscis regibus? q; cohortes  
uxorū exoletorūq; libidinis causa habebāt. Ad  
de his supbiā/ atq; insolentiā/ que raro a princi-  
pibus recedūt. Adde auariciā dnātiū sectatricē  
qua ūnes ferme ducti in diuitū fortunas impe-  
tum faciunt. Adiiciant quoq; multiples cupi-  
dites/ que mentē eorū semp affligūt. Quid de  
cōsciētia scelerū loquar? qua nullū seneca graui-  
us esse supplicium scribit. nunq; nobis paruus  
uideat esse in principibus cruciatus. At hi qua cō-  
scientia uiuant/ satis cōstat. Nempe ea qua ipso-  
rum facinora reqrunt. ingratitudo quoq; iporū  
domestica ē. qua in re prestāt reliq; etiā in agē-  
da ne dum in referenda gratia insolētes. quiq;

eis operis/ qdqd muneris/ qdqd beneficij ipen-  
ditur/ id debito/ iureq; fieri putat/ et ne quid cui-  
q; debeat sibi omnia deberi arbitratur. Adiiciunt  
bis malis suspiciones/ metus/ timores/ qui iugis-  
ter aios principū lacerant. serui/ familiares/ do-  
mestici/ amici/ noti/ atq; ignoti formidanū/ non  
uxor/ non liberi/ nō fratres/ nō cognati/ sunt ex-  
tra suspicionē. Horū nāq; singulorū conspiratio-  
ne/ et fraudibus plures principes interierūt. nul-  
lus his locus tutus est. nulla regio/ nulla hora.  
ubiq; iſidie timent. Dies solliciti/ insomnes no-  
ctes agūtūr. tū uite/ tū imperii amittendi metu.  
qua uita tot malis iplícita nihil prorsus potest  
iſelicius excogitari. Audite queso/ quid in hanc  
ſententiā in eodem libello dicat ypotrates. si me-  
tus illorū (inqt) sollicitudines/ et pīcula cōſide-  
res/ si nō nullos ex regibus aspicies ab his neca-  
tos/ quos fidissimos cogitabant/ si itē reges ipos  
in eos an aduertisse crudelius quos singulari  
familiaritate caros habuissent. aliis uero cōtigif-  
se. ut postq; in suis ſeuiffent/ ab suis postea occi-  
derent/ quis potius uitam/ q; hanc tot tantisq; pi-  
culis coniunctā censeas eligendā. Illud quoq;  
nequaq; ē mīmis ipsorū malis adnumerādū/ q;

q̄ suauissimo oīm fructu amicicie priuāt. Epsi  
nem inē nisi incōsulto quodā īmpetu diligūt. a  
nullo diligunt. inter pares qđē amicicia uersat  
et eos in q̄bus eadē bonarū artiū uigēt studia.  
At h̄i nō solū nō amāt pares sed cū eis regnādi  
gratia armis/ac ferro decertāt. bonis artibus q̄-  
tum uacent palā ē nobis. cū inferioribus nulla  
esse pōt amicicia. Nā timeri a suis/q̄ diligī pri-  
cipes malūt. s̄ quē metuūt et oderūt ueteri sen-  
tētia. Itaq; nullus apud ipsos amicicie lotus ē.  
amicī quippe est ex animo et uera loqui. at illi  
ueritati sunt ōnino infestī. cū nibil (nisi quod  
libeat) eorū aures patiāt. S; uidemus iques mul-  
tos aīcorū nōnulla prebere officia. id qđē nullo  
sit p̄cipis amore. s̄ ob utilitatē priuatā. Sectā-  
tur enī sepius/quē oderūt. s̄ utilitas supat ma-  
liuolētiā. Concurrīt enī ad eos tanq; ad aurifor-  
dinā q̄stus et lucrī causa. Nō igit̄ amant. s̄ ue-  
nerant/et metuunt. satis eis ē laudari/coliq; ab  
adulatoribus/et his/ quos uelut canes ad latrā-  
dū alūt. bonos et uirtutis cultores peītus respu-  
unt. cū aliena sit eis uirtus suspecta. triplex enī  
(ut p̄cipū felicitatē cognoscatis) genus hoīm  
est eis maxime acceptū/ ac familiare. hos inter

3<sup>10</sup>

78

primas partes adulatores atq; assentatores diligunt. n̄ hoīes sed portētuose belue/ atq; īmanes ueri dicēdī hostes q̄ mentiēdo/blādiēdoq; adeo p̄cipū mentes infatuāt/ ut parū distēt ab insaniis.cōsilia p̄cipis cōmendāt/ q̄uis p̄niciofa/ac turbulēta/cū sit cōsiliī inops/prudētiā admirātur/cū sit stultus. illū plusq; illos sapere profitētur cū haud procul absit ab amētia.eoq; eū suis assentatōibus adducūt/ ut nihil uerū audiēs sue sapiētie fidēs prolabat̄ sepissime ī miserrimos casus. neq; enī ad ullā sapiētie cognitōꝝ puenire pñt/qbus assentatoribꝝ p̄suasum ē īā se ad sapiētiā puenisse. obsessi ab adulatoribꝝ ōni ueritatis cognitōe priuant̄. nā si quē iniuria p̄ceps affecit id p̄sumā iusticia assentatores cōpbāt.luxuriā dicūt oblectatōꝝ naſalē usu et cōsuetudie gētiū p̄missā. auaricia/p̄citas/p̄digalitas/liberalitatis noīe appellant̄. crudelitatis culpā leniūt spē seueritatis. nullū est tam tētrum facinus/nulum tam nefarium in regibus uitiū/ quod nō adulatores alicuius uirtutis detegāt uel amēto. Quo fit/cū malus a neglīmis laudat̄/ ut cumulata stulticia multorū cōprobatōe uitiis pro uirtutibꝝ abutā. qua in re summa ē ī felicitas. hos

sequunt uoluptatū/ac luxurie ministri qbus se  
cretiora domus pmissa sunt.cū his occulta collo  
quia et iteriora q̄ lucē fugiūt cōſilia credita.ter-  
tiā aciē pquirende cōpandeq̄ pecunie architecti  
cōficiūt gratū regibus mīsteriū.horū suasu im-  
pulsuq̄ noua uectigalia diuitū insidie/pſcripti  
ones/rapine/spolia subsequunt.accumulet his  
quartū genus/ idq̄ pestiferū delatorū ingēs ma-  
lum et in bonorū/atq̄ innocentū uirorū pñicie  
prōptū.qbus nō solū pñicipes impbi/sed mode-  
ſti quoq̄ habitī aures p̄buerūt. Apud adrianū  
certe impatorē adeo ualuere delatorū uoces/ut a  
micos quos ad ſumū p̄uexerat/ postea habuerit  
hoſtiū loco.His ergo tā bonis/tā sanctis mīstris  
tā fidīſ ſatellitibus ſuffulta pñcipū etas et cō-  
ſuetudo q̄ iniqua cōditiōe agaf.mibi credite n̄  
ingredit̄ limē horū ulla felicitas.sed tormēta et  
uarie calamitates . Ab his amicicia exclusa eſt.  
repulſa ueritas.adulatio accita.Nam q̄ karolus  
doctos ab eis uiros diligi/ coliq̄ paulo ante di-  
xit:longe tota aberrat uia.Nam neq̄ studia lit-  
terarū apud reges / et dominos niſi admodum  
paucos unq̄ uiguerūnt . neq̄ ab his doctrina /  
ac ſapiētia prediti/ aut culti/ aut magni habitī.

diuersa sunt principū et exellētissimorū uirorū  
studia. quorū uirtus semp fuit regibz formido-  
losa. p strīgit enī dnōrū uelud lippiētes oculos  
aliene uirtutis fulgor. ut a quo se supari senti-  
unt. aut odiāt. aut nequaq̄ diligāt. Non aut ne-  
q̄ apud grecos. neq̄ apud latinos tanta doctissi-  
morū eloquētissimorūq̄ uirorū copia uiguisset  
neq̄ adeo sapiētie parēs phia esset exculta. nisi  
et athene. et urbs roma diutina ī libertate uixis-  
set. loquēdī enī. uiuēdīq̄ libertatē lrārū studia  
expetunt. et sequunt. Seruitutē fugiūt. atq̄ ab-  
borrēt. plures doctrine studiis deditos uiros q̄  
sub regibz orti erant legimus athenas se cōtu-  
lisse. ubi et uirtuti honor et libertati locus erat.  
Quomō enī cari esse prīcipibz uiri sapiētes pos-  
sunt. q̄ qđ maxie ē dnīs iniussū uite libertatē p̄  
se ferūt. Nā cū prīcipes assentatoribz stipati ueri-  
tatē horreāt. uiri aut studio sapie dediti ueri cul-  
tores adulatōz. ut uitiū pessimū aspnēt. necesse  
ē ut aut reiiciant aut pereāt. Xā dixi calistenē ab  
alexādrī temeritate ob sanas moicōs crudelissiē  
necatū. Plato uir sc̄tissiūs a diony. cicilie tyrāno  
p̄ doctrine spēz uocato tyrāni opa uenūdatus ē. ze-  
nonē phūz senē admōz phalaris tyrānus oī cru-  
ciatus

genere dilaceravit. Anaxagoras nobilis phūs  
a nichero te cipriorū rege occisus ē. Nero sene-  
cam/ac lucanū mori coegit. Socrates tyrānorū  
tpe damnatus ueneno periit. Boetius uir do-  
ctissimus/ atq; innocētissimus theodorici regis  
iussu uitā amisit. quā de reliqs plecturā sume-  
mus: cū diuus augustus/ q; bonorū principatū  
tulit tā crudelis in ouidiū poetā egregiū fuerit.  
quē cū i pontū ob leuē nescio quā offēsiūculā re-  
legasset nūq; ut rediret ad se impetrari passus ē.  
Nō amāt p̄cipes/ nisi sint moribus cōgruētes.  
quē uero legimus aut regibz/ aut ipatoribz/ aut  
ceteris dnāntibz honore/opibus/digitate aplifī  
catū fuisse exellēti doctrina uirū? qd augustus  
in uirgiliū/aut titū liuiū cōtulit/alterū poetarū  
alterum historie romane patrē? Vir eloquētis-  
simus quintilianus rome publicā scholā unde  
uiueret tenuit. lactatius firmianus uir p̄stans  
doctrina/et arte dicēdi ( qui crispum cōstantini  
imperatoris filium litteris erudiuit) adeo paup  
uixit/ ut plerūq; necessariis egeret. hec cura pre-  
stātissimorū doctrina uirorū impatoribus fuit.  
Sed quid ego antiquora recēse? Tulit etas supe-  
rior tres uiros preclarissimos/ qui sapientia / et

doctrina magnū lumen italie attulerunt. prior  
dantes eluxit ingenio singulari. cuius extat po-  
ema preclarū/ neq; si Irīs latinis constaret ulla  
ex parte poetis superioribus postponēdū. is pātria  
ob ciuiles factiones pulsus/cū nibil secū preter  
uirtutē asportasset/cōtulit se ad canem ueterem  
principē ueronēsem. cuius cū liberalitas prece-  
teris ferebat suscep̄tus ab eo dantes et uictus co-  
tidianus ut reliq; ex familia tributus uacabat  
uir doctissimus ingenio scribēdī cure intentus.  
nulla in eū dignitas/nullus honor/nulle opes  
collate. At florētinus qđem per facetias/et dica-  
citatem multas a domino ( ut mos est fere pri-  
cipū/qbus plus stulti q; sapiētes placēt) diuitias  
cōsecutus/cū in aula canis a dante quēsisset/cur  
ip̄e q nullas nosset Irās/tā diues euāsisset/dātes  
uero tali sapiētia/et doctrina paup̄ esset. quādo  
inquit dantes ego meis studiis/morib; q; pri-  
cipem similē inuenero sicuti tu tuis/et ip̄se me  
per diuitē reddet. quibus uerbis offensione pri-  
cipis contracta abiit. Ad tandem uir exellen-  
tissimus ūnic; laude dignissimus cū multa p-  
agras; loca puiq; ip̄ius fieret uirtus rauēne diē  
suū obiit. magnū pfecto italie dedecus nullum

ex tot princibus (pmulti enim tum erant) reper-  
tum/ qui talis uiri pro dignitate nomis alendi  
ornandiç curā suscepisset. hunc secutus est pau-  
lo inferior etate franciscus petrarcha uir priscis  
illis sapientia/atq; eloquētia cōparādus. cuius  
ingenia hec nostra humanitatis studia/q; mul-  
tis sopida iacuerāt/ adeo excitata sunt/ ut priorē  
ferme digītātē/ ac uires recuperet plures tñ pri-  
cipes italia alebat. sed p̄stabat unus oībus hono-  
re potētia dignitate robertus rex neapolitanus.  
ad quē cū petrarcha accesset tenui honore susce-  
ptus(oīa enī regi eius uiri uirtute erāt ātiqora)  
tātū uiatico adiutus ad laureā ī urbe suscipiēdā  
romam uenit. acceptaq; laurea in uilla priuata  
meliori uite deditus spretis p̄cipibz cōsenuit/  
ubi et defūctus ē. Eadem ferme etate et iohānes  
boccacius uir singularis ingenii/s; doctrina im-  
par superioribus floruit. cuius plurimi extant li-  
ibri ad instructionē audientiū legentiū editi. cō-  
tulit se is quoq; neapolim uir tenui cēsu ad quē  
dā ex primoribz apud reginā p̄cipibz spe quo-  
niā ab eo accersitus eff; maiora qdā cōseqñdi. s;  
haud diutius accolā eius urbis fuit/tū cōteptus  
sui impatiēs tū offesus p̄cipis illius moribus

itaq; florentiā reuersus equo animo paupertatē  
tulit atq; aulas p̄cipū aspnatus/ mores quoq;  
eorū suis scriptis detestatus uixit sibi et misis.  
legite q̄tumlibet ueterū annaliū monimēta ra-  
rissime repietis uel phūm/ uel orarorē/ uel quē  
piā Iriſ et sapiētia preditū aut dītatū a regibus/  
aut opibus/ ac dignitate auctū/ uel ad prestāda  
cōſilia/ uel ad p̄cipiendā uite disciplinā/ uel ad  
opponēdos mores fuisse accersitū. quedā ab his  
ad iactātiā quandā oblata/ uel data accepimus.  
sed nulle unq; illis prefecture a regibus demā-  
date/ nulli honores habiti / nulli magistratus  
cōmissi/ nulla grauiora cōſilia credita. Neḡ id  
(ut opinor) iniuria! sciunteni illos nequaq; sua  
rum cupiditatū futuros esse ministros. taceo de  
nris a qbus q̄ti aut eloquētes/ aut docti estimē-  
tur minime est obscurū. unū tñ hāc nostra etate  
scimus in honore habuisse / coluisseq; egregios  
uiros superiorē ducem mediolanen. quos undiq;  
is se premiis plectos et dignitate/ et opibus affe-  
cit. ceteri uero apparent tanq; rari nantes in gur-  
gite uasto;

### De progenie principum.

Trūm aliqua pſeqmūr q̄ p̄cipū uitā in  
felicē pſtare uidēt. haud exigua felicitas

ducit filos habere ac relinquere imperii successores. at malos principes exemplo constat in probitate suā in filios infundere / et efficere similes sui.  
Nam ut in regno ita et in parētū uitiis filii uidentur succedere. ex malis ergo filiis nulla ad parentes felicitas puenit. boni (si quos legimus) aut caruere filiis sicut augustus/titus traianus anthonius pius. aut eos genere quibus fuisset satius defecisse. audius casius in uita seueri imperatoris nemine magnorū uirorū ait bonū/et utilēm filiū reliquisse. et eos aut interisse sine liberis/aut tales reliquisse/ut humano generi fuisset utilius non esse natos. Magna est ergo uite principum felicitas / et admodū reliquis appetenda/ que aut deserta uirtutū comitatu/ aut oppressa uitiis/tum adulatoribus obfessa/tum curis anxia/quietis inops/ liberorum uoluptate carens/nullius est expers calamitatis. Sed stultum atque imperitū uulgas non hec eorū damna animaduertit / nec conspicit miserias interiores ex basi suspensas/ ac sublimes prospectat opes. aurum/uestes argentum/famulantium cateruas obstupescēs exteriorē ornatū intuetur . nō intro nouit quibus exagitentur malis.sapienſiſſime

de his scribens seneca/isti inquit quos pro felicibus aspicitis/si nō qua currunt/sed que latent uideritis miseri sunt sordidi/turpes ad similitudinem suorum parietum extrinsecus culti.Lucianus autem grecus auctor in electione sua miculum(qui et ipse aliquando rex fuisset)interrogatum agalo.Nunquid nam felix regum uita esset quoadmodum uulgo estimaretur/habens quodam bonorum maximorum hoīes putaret/ita respodetē introduxit.imperabā euidē pluribus prouinciis tū multitudine hoīm atq; ubertate tū uero amēnitate urbiū refertis flumībus insup nauigio aptis et portuoso mari exercitus habebā p'multos.nī pauci stipatores/ac satellites corpus custodiebat.abudabā auro/nauibus et hīs rebus ūoni bus pp̄t quas p̄cipes existimāt eē felices.quoties p̄dibā domi/multi me ueluti deū quēdā ītuebant/atq; adorabāt. Alii p̄ibāt cursu ceteros.alii tecta vscēdebāt/ut me īspiceret.magificētes uidere currū/quo uehebar.uestes diadema tum eos q̄ ordine p̄ibāt ac seq̄ban̄t. Ego autem mihi p̄fī cōscius q̄te me res torqueret affligebar aīmo illorū stulticie ignoscēs/me uero miserabar/q̄ essem similis magis illis colossis quos phidias/

aut miron sculpserat. hi aut iouē aut neptunū  
ex auro uel ebore sculpunt / fulmen aut triden-  
tem in manibus habētes. At si quis introspectus  
uidebit informe corpus. uectibus ferreis clavis.  
cuneis / et luto piceo compactum. in quibus mu-  
res / et muscelle diuersorum habent. eiusmodi  
profecto regnū est. Quid tibi formidines enar-  
rem / timores / suspitiones / domesticorū odia / in-  
fidias q̄bus abundat regia? Quid leuē breueq;  
somnū / et insomniatur bulēta? Quid uarias ac  
multiplices cogitationes? Quid spes malas / ui-  
tam inquietā? Quid pecuniarū curam / litigia /  
expeditiones / mandata / leges / que ne paruulā  
quidē somnii quietē sinunt capere? Necesse est  
unum pro omnibus curam gerere / ac sexcentis  
laboribus detineri. Neq; enī dulcem ut home-  
rus ait somnum capiebat menelaus multa uer-  
sans pectore / cū greci reliq; sterterent. torquet cre-  
sum filii surditas. artaxersem elearcus qui ciro  
cum exercitu affuit. dionysum syracusum dyon-  
tyrannide expellens alium parmeon perdicta  
pholomeus pholomeū salencus. quod autem  
malorū est omniū maximū cōtemnāt reges si-  
bi amicissimos oportet. et eos timeant! ne quid

ab eis patiant̄ aduersi. hic enī puer ueneno piit  
hic ab amatore occisus est. hunc forsan mors si-  
milis occupabit in libro de calūnia regū/ et pri-  
cipum aulas maxime abundare calamitatibus  
dixit/in quibus inuidie/ et suspitiones semper  
uigeant. adesse quoq; adulatores gratū illis ge-  
nus ut facile detur calumniandi locus. q̄ obrē/  
tū ratione/tum auctoritate fateri cogimur mise-  
riam/atq; infelicē uitam;

Vm cosmus. cupiebā inquit te paulū an-  
te interpellare/ qui mihi risum moueris.  
cū ueluti rem pergrandē/ atq; mirandā tibi ui-  
sus es dicere/bonos principes instar esse porten-  
ti. Nam istud non magis in prīcipib; q̄ reli-  
quis mōstri loco habendū est bonū esse. Cicero  
siquidē tuus in diuinatiōis liberis sī que rarif-  
fime fiūt mōstra putāda sunt inqt' magis mō-  
strum erit uir bonus q̄ partus mule/ ita perraro  
euenit ut uir bonus reperiatur/ q̄ sī uirū bonū  
portenti simile cicero arbitraſt/ quid tu in prīci-  
pib; putas contingere/ quos plura/ q̄ priuatos  
homīes uitiorū irritamēta molliūt/ ac seducūt/  
pluraq; circūstant oblectamēta corporū inimica  
uirtutib; Rara uirtus est in omni hominum.

cōditione et statu . si quidē om̄ia preclara rara .  
itaq; nō magis in principib; q; in aliis deesse  
bonitatē experimur . Nō quero(nicolaus inqt)  
bonū autē sapientē illum stoicorū/ qui nōdum  
est inuentns . hos sentio bonos / quos usus / et ui-  
ta homīm cōprobat . in qbus satis est inesse alī-  
quā (et si nō perfectā) uirtutē . at saltem speciē / et  
adumbratā effigiē earum uirtutū / quas ciuilis  
uite ratio perquirit . at id ita rarum in illis repe-  
rit / ut mōstrū uideat / si quis bonus reptus sit .  
Difficulter enī pueniūt ad uirtutis possessionē  
qbus opes / diuitie / imperia / uoluptatū / uitiorū  
q; illecebre peccādi facultatē subministrat . Sci-  
tis fortunā fingi a sapientibus cecā . que et illos  
quocq; cecos reddit / quos amplectit . libidine enī  
pro ratiōe abutunt . ad id prompti quod rerū li-  
cētia pmittit . Quo fit / ut post habita honesti cu-  
ra cū ad uitia deflectant / sepissime de statu retū  
cadant / et a fortuna deserant . quo nihil esse po-  
test infelicius . Omitto antiquās tragedias prin-  
cipū infelicitatis copiosissimas testes edipodē /  
troadem / atreū / thiestem / medeā / agamennona /  
ceterosq; pmultos / quorū exemplo greci illi sa-  
piētissimi poete infelicitatē quasi familiarem

principibus expresserūt. et ut uulgo essent notio-  
ra. in scenis decantari eorū exitus uoluerunt: ad  
reprimendā eorum stulticiam/ qui felicitatē cū  
magna fortuna cōiunctam putant. Non referē-  
tur a me/ quos uarii fortune impetus dum feli-  
ces haberent absumpsere. Multi bello/ plures  
ueneno/plurimi gladio/ qdam in uinculis in-  
terierūt. testes sunt cresus/ siphax/ iugurtha/ per  
seus/ mitridates/ ceteriqz infelicitatis insignes.  
ad pñciosiora enī tendit oratio . primū qdē ita  
duce natura imbuti atqz istituti sumus(qd̄ etiā  
in ceteris animātibus uim pñcipuam obtinet) ut  
nihil nobis carius liberis esse possit. carissima ē  
cōiunx. carissimi parētes/ fratres cognati/ et qui  
ex eodē sanguine manant. iocundissimā etiam  
equaliū cōiunctionē/ et sanctissimū amicicie ui-  
culum effecit. q̄ ita nascunt nobiscū. ita usu cō-  
proban̄t/ ut qui ea neget nō homo/ sed belua ui-  
deatur. At regū/ et principū effera/ imanisqz cru-  
delitas q̄ etiam ferarū asperitatē superaret. ar-  
tissima iura nature amicicie uincula / ōnes cō-  
munis societatis leges ob impandi cupidinem  
abruptit. nō filiis a parēcibus/ nō uiro ab uxore  
non econtrario/ nō fratri a fratre/ nō sociis/ nou-

amicis/ nō cognatis quicq̄ tutū reliqt. sed abegit  
atq̄ impulit i mutuas cedes nimis. ut a primis  
exordiar nō pepercit materno neci. arthaxerxes  
persarū rex / cū uiuēs dariū filiū suū p indulgē-  
tiam sibi in regnū donatus imperii i signibus  
substituisset' eūdem cū q̄nquaq̄ita ex fratribus  
parricidiū parantē cū cōiuratis occidi impauit.  
Alexāder maior philippi macedonū regis fra-  
ter cū regno potiref / cū fratre pdita per insidias  
erudice matris occidit. Philippus post multa-  
rum gentiū urbiumq̄ excidia / post defatigatū  
sanguinē/ ac cedibus animū olimpiadis uxoris  
opera ab adolescēte pausania imperfectus est. eo-  
dem modo et cadualus lydorū rex uxoris frau-  
de periit. Xersem persarū regem bello aduersus  
greciā infeliciter gesto in patriā reuersum arta-  
bamus prefectus admodū regi fidus iteremit.  
Dionysius secūdus ciciliē tyrānus/ qui postmo-  
dum pueros docuit corinthi cū maior fratribus  
natū a militibus ad regnū assūptus esset' pri-  
mo auūculos/ tum uero fratres e medio abstu-  
lit. Ptholomeus egypti rex cognomē thophi-  
laiater patre/ ac matre imperfectis addita etiā fra-  
tris/ ac sororis cede regno potitus est. Haud dis-

simile fuit scelus nichomedis bithine regis / q  
patrē regno spoliatū peremit. eodem ductus fu-  
rore alter egip̄ti rex ptholomeus/ cū pp̄ter mul-  
tiplices crudelitates (quibus crassatus in mul-  
tos fuerat) timeret! ne populus maiorem natu-  
filiū odio sui regno preficeret! illum uita pri-  
uauit. Alterū filium minorē ex cleopatra uxo-  
re eademq; sorore genitum die natali in mem-  
bra discerptū inter epulas / ac cōuiuas cleopatre  
obtulit. Nō inferior pietate fuit filius eucrati-  
dinis bateranorū regis/ quē uictorē ab indis re-  
deutē particeps regni factus interemit. Adiicit  
his execrabile scelus frabatis regis parthorū/ q  
cū a patre orade solus ex trigīta fratribus/in re-  
gnū ascitus esset/ quasi nefas duceret/ absq; nefā  
rio facinore impare/ primum patrem ad modū  
senem/ tum fratres ūnes occidi impauit. deinde  
superiorum cladibus addidit filii adulti necē. ue-  
ritus ne ob tātorum scelerum inuidiā a populo  
cōstitueret. Quid actalum cōmemorē? qui po-  
pulum romanum reliquit heredē. qui cū a pa-  
tre eumene regnum florētissimum accepisset re-  
ginaq; amicorum/ atq; cognatorū cede fedasset!  
furiis postmodum/ac dementia agitatus/ ueste

squalida/anulsa barba/capillo neglecto omissa  
regni administratione primū fodiendo ferēdo-  
q̄ orto/tum erarie artis studio se dedit/ere fodī-  
endo intentus·qua ex re morbo cōtracto periit·  
qua ergo tantorū scelerum cōscientia quo men-  
tis furore/quo turbine animi eos agitari neceſ-  
ſe fuit· q̄ sanctissima nāte iura tam tēris/tam  
atrocibus flagitiis uiolarunt. An tu inter tot/et  
tam fedā/atq̄ immania facinora ullum reside-  
re felicitatis uestigiū putas· q̄ felix extitit alexā-  
der magnus! qui regni futuri auspicia iecit fra-  
tris carani morte· q̄ amicorū pariter atq̄ inimi-  
corum pestis/paternis amicis crudelissime occi-  
sis/predo gentium/ac regnorū pestis/nō magis  
uino q̄ sanguine humano ineibriari solitus fu-  
it·mibi qdē cū ei maxime fauit fortuna/tū p̄ci-  
pue expers felicitatis fuisse uidet· Nam cū uiti-  
is potentia adderet· cū insanior in diem fieret·  
cum ebrius debachabat in suos· cum se adorari  
deum mandabat·cum se iouis filium mētiret·  
que poterat in tanta demētia esse felicitas· Atq̄  
hos fructus parit principatus· hec opera suadet·  
hos satelles/ tum parandi sui/ tum cōseruandi  
gratia submisstrat/ut nihil uideaſ execrabilius!

¶ principatus nomen;  
b Arborum (karolus inquit) hec feritas/  
atq; immanitas fuit. qui et hodie quoq;  
in suos seuiunt imperadi gratia. nostros huma-  
niores/ ac tempatiores fides christi reddidit. lo-  
geq; ab houiōi crudelitate remouit. Nec uitia  
(nicolaus inquit) uident esse et barbaris /et gre-  
cis /et latinis cōmunia. Possem multas exitare  
tragedias ex quibusuis gentibus eorū/ qui neq;  
suo/ neq; alieno sanguini pēperūt! nisi nōnul-  
lorū pudore impedirer. Malo quippe silere! q;  
refricare cicatrices iam uetus tate/ atq; obliuione  
abductas. Non nullorū aut recentiora uestigia/  
ac propinquiora sunt. ut uerissime dictū sit nul-  
lam sanctā societatē/ neq; fidem regni esse. Ete-  
nim i italia fraternalis cedes uidimus ob domi-  
ni cupiditatem/ et inter propinquos seu marte-  
certatum. in gallia/ germania/ britannia/ hispa-  
niis seuā arma/ et plusq; bella ciuilia exarsere. n  
ad domestico/ nō cognatorum/ nō a proprio san-  
guine tempatum. plusq; ciuili odio/ et cladibus  
omnia fedata. Itaq; et nostri quoq; principatus  
uitia experti documento esse possunt. nullā re-  
gni/ neq; fidem/ neq; felicitatem esse;

t Vm cosmus hic noster nicolaus inquit diligenter/et malos multos principes colligit! et eorum expressit uitia.de bonis uero/et eorum uirtutibus penitus uerbū nullum.Nonne tu ab eorum numero secernis/et quos paulo ante retulit karolus! et dauid regē. pluresq; ex hebreis/et e nostris optimos quidem principes illos archadiū/honoriū/theodosiū/karolū magnū/multosq; p̄terea uite sanctimonia / et oīm uirtutū genere illustres? Quid oppones roberto regi neapolitano? quem nostri maiores modestum principē/et felicem regem iudicarunt! de quo petrarcha noster multa scripsit ieiuf cōmendationē.Caue hos infelices dixeris! ne nimis pertinax uidearis.nō abnuo (nicolaus inquit) multa extitisse in multis principibus laudanda . sed felicitatē affirmo ab eorū uita prorsus abfuisse.eamq; esse principatus conditionē! ut nulla ei cū felicitate possit esse cōmunio. Robertus quidē is(quem modo nomiast!)ut omit tam cōfortes regni sollicitudines/ac molestias animi/mores/turbulēta cōsilia/quibus etiā felices nostri necessario distrabūt' quomō potuit esse felix!cum fuerit auarissimus/ac semper ad

cumulandum aurum interitus: quod adeo ap-  
petuit ut hodie quoq; q; doctissimū quēpiā de-  
signare uelit eo loco locupletiore dicat. at scitis  
q; tū malū q; turpe in rege p̄serti / et q; fedū sit a-  
varitia cuius sociam esse felicitatē nullus sane  
mentis affirmabit. nam et gentiles ōnes/ quos  
karolus recēsuit/ et christianos quoq; (nisi quos  
dei pietas extulit) felicitate caruisse contendam.  
Sed diu iuo quodā munere suffulti/ quidam nō  
principatus opera/ aut fauores/ sed metu/ et do-  
no dei preclari/ ac felices euasere. pauci tñ (quos  
equus amauit iupiter/ aut ardens euexit ad sy-  
dera uirtus) dei prouidentia/ ut fides nostra ali-  
quādo stabilit̄ a persecutōne conquiesceret bo-  
nos quosdā esse uoluit. quorū auctoritate fides  
robōraret. Nam q; dauid regem nominasti/ et  
alios quib; similis uita cōtigit/ nō possumus  
de his que occulto dei iuditio aguntur humāna  
ferre sentētiā. uerū tamē et ipsum dauid ad stu-  
prum/ et homicidiū (que uitia a p̄cipatus na-  
tura manare uident) labi diuina sapientia per-  
misit. nō attingit nostra prudētia hec altissimi  
secretiora cōsilia. id tñ aperte constat imbecilli-  
tatem conditionis humane fieri in principatu

multis uirorū illecebris imbecilliorē et ad ma-  
la/q̄ ad bona prōptiorē quā obrē celesti ope nō  
sua p̄cipes qdem uite felicitatē sunt assecuti.  
affuit enī illis superna uirtus que ipsos desle-  
cti ad turpia/aut decipi regni delinimētis non  
permisit. Nam in principatu tot incōmoda/tot  
formēta insunt/tantū rerum pondus ei incum-  
bit/ut omnē a se felicitatē excludat. adeoq; etiā  
eos felices qui habiti sunt/ac beatū exagitat! et  
cōterit/ut nulla felicitate fruant idipsum qui-  
dem multis preesse/ac dominari et unum pro  
omnibus intentum esse/sollicitum uigilantē/  
anxium ad infinita quedam negocia distractū/  
magnū est infelicitatis argumētū. Non sequor  
Stoicorū doctrinā/qui uirū bonum nimirū artis  
circūscribunt spaciis. hunc assumamus qui mi-  
nimis urgeſ uitiis. qui bonus existimet ab re-  
ligs. regē istū cōſtitue/et bono(ut aiebas)publi-  
co uacatē/ agētēq; omia q̄ boni p̄cipis officiū  
req̄rit. felix diceſ ea scilicet felicitate/qua ſcdus  
fortune cursus appellat. uerū ego felicē eum  
quē n̄ fortuna ſ; aimus p̄stet necesse ē nulla rō-  
ne noiabo. Animū enī q̄etē liberū felicitas seq̄t  
et ūni perturbatione uacuū. At uero principes tot

curis/uigiliis/molestiis/anxietatibus/sollicitudinibus/angoribus distractatur/ut lacrimamus/ac fessus nihil quietis percipiens nullam in se admittat felicitatem.Ella ipsa/quā vulgo felicitatem opinantur/infelix est.Nihil inquit seneca infelicius eo/cui unq; nihil evenit aduersi.et alio in loco.inanem infelicitatis tutela/ut nihil de futuro tempore timeat esse sollicitatum scribit.moleq; sua premi.quid q; eiusmodi felicitas tenebris quibusdā nos obfundit.taligenē q; obiicit/qua ueri uidendi atq; ex recta ratione iudicandi facultate priuamur? unde ea parua felicitas esse uideat. Adiice q; principes boni etiā (de his enim loquimur) maximo omni bono/et quod belue etiā appetant uiuendi libertate priuant.bac euidē re sola carent/cum cetera bona circūfluere uideant.et q; se domiari putat/sunt oīm serui.q; res parū distat ab infelicitate.in libro de animi transquillitate seneca magna seruitus est inquit/magna fortuna.Non somnū extendere in partem diei licet/nō a rerū tumultu in ocīū quietū cōfugere.nō assīdua laboriosi officii statione fatigatum corpus uoluptaria peregrinatione recreare· non spectaculorū uarietate

animum detinere/aut ex tuo arbitrio diem di-  
sponere.multa tibi nō licent/ que minimis/et  
in angulo iacētibus licent. Non licet tibi quic-  
qđ arbitrio tuo facere.audienda sunt tot homi-  
nilia.tantus rerum ex toto orbe cōgestus. Hec  
igitur erit optimi quoq; principis felicitas/ ut  
oīm ueluti publicū sit mancipiū .ut unus pro  
omībus grauibus affligat curis. soli enim pro  
singulis est uigilandū.audiende sunt multorū  
querele.constituenda iusticia/ seruanda/ salus  
oīm procuranda .subditorum iniurie propul-  
sande.ratio pacis/ ac belli habēda.boni premio  
alliciendi .hūic uite tam sollicite/ tam occupa-  
te/tam inquiete/tam moleste/tam uariis rebus  
distracte / que felicitas tribui potest. hunc ego  
ueluti alterū exiona rote affixum potius uerti-  
gine mentis agitatum dixerim. q; ulla felicita-  
te affectum .hec fuit causa quamobrem augu-  
stus sibi ocium et quietem tantopere expeteret.  
hec anthonicum regem asie potentissimum/  
quem scipio bello uictū superauit ultra thau-  
rum montem regnare iussum dicere coegit  
se magnam gratiam habere populo romano/  
q; se nimis magna/ ac molesta procuratione

asie liberasset. hec eadē pluribus ex gallia / bri-  
taniaq; ac ceterarū gentiū regib; occasionē pre-  
buit. ut abiecti regni cura / ad liberorē uitā cō-  
fugiētes religioni / deiq; cultui se dedicaret. ma-  
gno qđem illi animo / atq; exelso diuino freti  
munere ea repudiarūt / que tanto studio / tanto  
errore / tanta insania / tāta cupiditate a ceteris ap-  
petunt. paucorū tñ hoc est munus homīm . Rari  
enī qui uirtutē intueant. Rariores qui exqrāt.  
et qui assequant rarissimi. Sed maxime tamē  
principib; uia uirtutis ignota est. quorū cogita-  
tiones alio deflectere regna cogunt: q; ad uirtu-  
tis indaginē . Etacq; tum illi beati existimant!  
quos nulla imperandi cupido detinet. tum il-  
los etas omnis beatissimos putauit / quibus dei  
munificentia largita est / ut regna uere felicita-  
ti postponentes uirtutem / et beatam uitam po-  
tiorem insignib; imperii indicarūt. Nam hi  
quibus regni cupiditas carior fuit / omni felici-  
tate exciderunt . malos enim refugit. at bonos  
quoniam continua occupationibus / curis / ne-  
gociis uexantur / adire non potest . hoc mo-  
do eque boni / ac mali erunt infelices . Neq;  
- uero arbitror efflagitare hanc

meā sententiā ampliores probatiōes eorū/ que  
sunt tum nota ratiōibus/tum exemplis notissi-  
mis manifesta. Constat enī uitā p̄cipum tra-  
gediā quādā esse calamitatū plenā. ex qua mul-  
ti actus confici possent ad representādam tanq;  
i theatro/eorū infelicitatē. Nam uarii casus re-  
rum dubia regna suspensa in diem/atq; insta-  
bilis fortuna/anceps cōsiliorū euentus/adula-  
torum fraus/ambitio amicorū/domesticorum  
proditiōes/insidie filiorū/uxoris pfidia/ incer-  
ta fratrum uoluntas/dubia multorū fides/ le-  
uitas uulgi/bellorū incertus finis/pax suspecta  
ipsa regni sollicitudo/et anxii metus (quibus  
regibus crassari ōnes uidemus p̄cipū mētes)  
manifeste arguūt p̄cipes ōnes quadā infelici-  
tatis cōditione damnatos. Nec mibi incōstans  
stultorum opinio/aut uulgi temeritas(in quo  
nullum consiliū/ nulla ratio uiget) aliquid af-  
fert' quominus hec nostra opinio uerissima ui-  
deatur. que cū sint cōspicua/ et ueluti palam in  
cōspectu oīm sita' qui sane mētis abnuerit)cū  
p̄cipatus regna/imperia etiā bonis uiris gra-  
uia et ūbulenta om nē adimāt uite iocūditatē et  
quietē) quin illorū tanq; rei infelicis cupiditas

aspernāda nobis sit' ac penitus fugiēda? Nam  
cū uideamus p̄cipes partim ira/ et libidine fer-  
uidos. parti sanguie/ et suorū cede efferatos. ali-  
os cupiditate/ambitioneꝝ flagrātes. alios affli-  
ctos timore/hos suspitōe/metuꝝ dubios/illos  
tormētis cruciatuꝝ hoīm seu iētes/ quosdā uo-  
luptatibus/luxuriaꝝ defluere hos ignauia tor-  
pere/ōnes fere amicis destitutos/iter adulatorū  
assentatorūꝝ stupere/nōnulli curis excedant/  
suos/alienos/domesticos suspectos habeāt/hos  
belli rabies absumperit/alii ueneno perierūt/  
multi aut filioruꝝ/aut amicorū fraudibus sint  
deleti/alii uariis fortune fluctibus iactati/nul-  
la quiete/nullo ocio potian̄ profecto nibil po-  
test dubii mentibus nostris residere/quin pri-  
cipes omnes (nisi quibus diuina pietas afful-  
sit) cum eorum uita nullius sit expers moleſtie  
infelices/ac miseri iudicent. Si enim etiam il-  
li quos bonos iudicamus multis oppressi cu-  
ris / pluribus conflictati moleſtiis defatigato  
animo mente inquieta non suo/sed aliorum ar-  
bitrio non priuato / sed publico ocio / et quieti  
uacare coguntur/ cum non dominii/ sed conti-  
nue seruitutis sit bonis onus subeundum ?

qd aliud estimadū ē. nisi naturā p̄cipatus ma-  
lam ac pñciosā. etiā sapiētū aimos defatigare.  
ut cū imperio/et opibus abundet felicitas. ino-  
pia uigeatur. Eaccessat igit̄ a nobis illius appe-  
titus et dominorū quoq̄ cōsuetudo. neq; nos il-  
lis cōmittamus. qui possunt obesse. si possunt;

t. Vm cosmus/quid tu(inquit)nicolae cen-  
ses de his qui in sua repub.ciuitatis prin-  
cipes extiterūt? Num eos quoq; his qbus reli-  
qui principes malis obrui putas? decernāt hoc  
ipsimet inquit. qui q̄ta illis felicitas tribui de-  
beat. experti sunt. Alcibiades/themistocles/pe-  
rides/aristides/hānibal/camillus/qui tus me-  
tellus/scipiones/rutilius/cesar/pōpeius/antho-  
nius/lepidus/multiq; p̄terea ex priscis/et e no-  
stris nōulli testes copiosissimi q̄tum felicitatis  
ex altiori gradu/et f. tune fauoribus contrahi-  
tur. Nam quāuis silla felicem se dici uoluerit!  
tantū tamē a felicitate abfuit! q̄tum fuit crude-  
litati propinquus. Nihil enim sibi accidere po-  
tuit infelicius. q̄ male faciendi facultas/ac libi-  
do/quibus se felicem putauit. grassari enim ce-  
de / ac sanguine ciuum proscriptorum oculos

pascere bona proscribere ire imperio regi summa infelicitas fuit. Marius et cōpulsus est miser et infelix cū rediit qui ciuis patrie perniciōsus ea inciues effecit que ne hostes quidem patrie crudeliora expetiuiissent. Quare et his quoq; felicitas defuit quibus fato datum fuit ut insuis urbibus decederēt e uita insulse plebis iudicio ac popularibus factionibus addicti quo nihil potest esse miserius. Vbinā ergo (cosmus ait) uersari illā arbitramur. Num residet apd mortales? An quēadmodū de astrea ferunt fabule relictis homībus ad superos migrasse credemus? Nusq; inquit ille minus q; ubi maxime esse putatur. legistis (ut opinor) quem olim appollinis oraculū felicem esse respōderit nam cum giges lydoruī rex qui sibi p̄e ceteris fortunatissimus esse uidebat appollinē consuluisset quis eo tēpore felix esset contempsit oraculū regias opes atq; apparatus et aglāū quendam archadē paruuli ruris cultore qui metas agelli sui nunq; cupiditate exesserat felicē iudicauit repressit appollo regis superbiā et qui se felicissimum omnium arbitrabatur a rustico dei iudicio superatus est qui nullum regem / nullū

imperatorem/ nullum principem/ sed priuatū  
quendā agricolam felicem indicauit. Ante ua-  
lerium maximū reges multi imperatores non-  
nulli fuerant. nullū ex his ne diuum quidem  
augustū posuit inter felices sed unum tantū pri-  
uatum ciuem romanū/quintū metellū/ut nul-  
la dubitatio in nobis residere queat! nō in pri-  
cipibus/sed in priuatis uiris felicitatē aliquan-  
do esse repertā. Hanc et lucianus in suo menip-  
po sententiā probat. Menippus enim cū adole-  
scens legisset apud homerū/esiодумq/et alios  
poetas deorum bella/adulteria/furta/rapinas  
stupra/aliaq; eiusmodi mala facinora credebat  
ea licita esse/atq; honesta/postq; deorū auditoria-  
te/atq; exemplo corroborarent.deinde adolescē-  
tiā egressus cū audisset ea a legū latoribus tanq;  
inhonesta/et iniqua suis sanctionibus probibe-  
ri/ incertus animi neu rectius sentirent philo-  
sophos adiit/ut ab eis sciscitaret/ quenā esset ui-  
ta optima. Sed cū illos quoq; conficeret admo-  
dum sibi ipsi dissentientes/nam hi uoluptatē/  
hi uacuitatem dolorum uirtutē alii/quidā ani-  
mī corporisq; et fortune bona uitā beatā efficere  
uolū/ icertior multo q; ante ac diffusus uiuorū

sapiētia/mortuos cōsulere decreuit. igit̄ ad in-  
fers penetrauit sc̄i sc̄itaturus a t̄refia/q̄ et ipse  
uates/ac diuinator fuisset. sententiā/quā quere-  
bat. At ille primo cum id nefas esse sc̄itu respō-  
disset/tandem monitus menippi uerbis ad au-  
rem insuffrās apud priuatos uiros optimam  
uitā hoc est felicitas inueniri dixit. Si quo igit̄  
in loco habitat inter priuatos diuersoriū habet.  
procul a culmine/et fastigio imperādi. uirtutes  
enī effectrices sunt uite felicis/que a p̄cipū do-  
miciliis exclusive/si quando casu aut errore limē  
igrediunt̄. e uestigio cogunt̄ aufugere p̄territore  
moribus sinistris/q̄bus apud eos uiuit̄. Cum  
priuatis uero(tum in eis uigeant studia sapien-  
tie et doctrine/tum litterarū ocio occupent̄)quo  
rum animus remotus ab ambitione liber a cu-  
piditate suis cōtentus est nō appetens aliena li-  
benter uersant̄. et felices reddunt suos cultores.  
¶i enim soli uirtutis iter cognouerūt. hi bene  
uiuēdi p̄cepta nobis tradiderūt. hi qui esset uite  
cursus optimus tū exemplo/tum litteris demō-  
strarunt. ab his nature cognitio defluxit. horū  
opera uarie artes ad usum hominū reperte. hinc  
disciplinarū omniū ratio/hinc astrorum/ celicq̄

motus ad inuenti/hinc iura/leges/et rerum pu-  
blicarum gubernacula emanarunt.ab his rerū  
ōnium/que ad uictum/que ad cultum corporis/  
que ad dignitatē/que ad tutelam/que ad mo-  
res spectant origo ducit.horum consiliis secun-  
dam fortunā moderate ferre docemur.forti ani-  
mo aduersam.horū studiis/cura/uigiliis ani-  
mi morborū medela corporū egrotantiū salus  
inuenta est.ab his sapientie/et honeste uiuendi  
precepta sumus assecuti.hi tanq̄ uirtutū sacer-  
dotes pacis atq̄ ocii amici soli felicem uitam af-  
sequunt.poſthabitis enim/atq̄ abiectis opibus  
impiis/dignitatibus cōtemptis diuitiis in ex-  
colenda matre uirtutū phia in rerum occultarū  
pro uiuestigatōe uersati/ad liberaliū artiū discri-  
plinas et humanitatis studia uelud in porfum  
transquillū cōfugerunt.ubi nullo impetu nul-  
la fortune iactati temeritate/uitam beatam/ac  
felicem adepti sunt.hos q̄tum possumus imi-  
temur operibus nostris.cum sint eorum secta-  
toribus uberrima premia cōstituta.Principes  
uero a q̄bus huiusmōi studia abfuerunt/a qui-  
bus raro boni quidpiam ad homies peruenit/  
quorū cupiditas/ambitio alieni appetitus infi-

nitis erumnis et calamitatibus orbē afflīxit. q  
ociū/pacem/quietē reformidant. qui hanc uitā  
ueluti peregrinātes transeunt/cōtēnamus. Ete-  
nim perpetua obliuione sepulti essent' nisi eos  
doctorū uirorū monumenta ab interitu uindi-  
cassent. hi soli prestant ut magnorū uirorū me-  
moria nō una cū corpore intereat. horū lumine  
uerborū res geste illustrant. horū scriptis nomē  
augeat. horū uocibus/ et preconio gloria uirorū  
excellentū celebraat. qua in re dominorū iniqui-  
tas culpanda/qbus cū imortalitas quedā docto-  
rum hoīm studio/et uigiliis tribuat/tamē eos  
ita paruifaciūt/ita cōtemnūt/ut mirū uideaat in  
tanta magnitudine/ ne dicam stulticia p̄cipū  
quēpiā scribendi/et eorū res gestas litteris mā-  
dandī labore aggredi uoluisse. sed sapientes il-  
li qui uirtutis premia in ea ipsa norunt esse cō-  
stituta nibil extra se quesiuerūt. uirtute et scri-  
bendi laude cōtempti. hi nibil sperāt a regibus  
nibil appetunt/nibil cōcupiscūt/uirtuti et opti-  
marum artium studiis dediti. hi beatī ac felices  
dici possunt/qbus solis datur/ ut ea cōtemnant  
ad quē reliqui ueluti ceci insano impetu cōcur-  
runt. hi tanq ex superiori loco in quadā specula

positi tum ceteros/tū precipue reges ueluti per-  
sonatos quosdā homīes/ac ridiculos spernunt!  
atq̄ despiciūt. Vident enī infra se positos q̄bus  
in sordibus/q̄bus in flagitiis/q̄bus in passioni  
bus pturbatiōibusq̄ uersen̄t. uident eos extrin-  
secus ornatos/et cōspiciunt ab hoībus claros/ac  
conspicuos haberī. intus uero sordidos/miseros  
incultos / afflictos / et uariis animi morbis la-  
borantes. quorū uita nisi scriptorū splendor ae-  
cederet ppetuo situ/et squalore sordesceret. hunc  
uero me intuēs nō modo nō felicē/ sed miserū  
puto alieni nutus/ne dicā uoluntatis seruū/cui  
ad prescriptū alterius est uiuēdū. neq; uero ipse  
solus est felicitatis expers sed hi ōnes qui prin-  
cipibus nihil sibi libere uite relinquūt/ut ea af-  
sequant̄/ quibus potiti multo sint/q̄ antea mi-  
seriores. primū dignitates/ quas adipiscunt̄. cū  
hee nihil uirtutis secū portēt felicitatis sunt ua-  
cue. Nihilominus opes/et diuitie/ q̄bus timo-  
res/cure/ uigilie/ sollicitudines/ molestie sunt  
commixte. insuper inuidie subdita hec omnia  
sunt. que multos deiecit e culmine / ac fastigio  
rerum/ et reddidit cōtemnendos. Itaq; nō ma-  
gis prīcipes infelices dixerim/q̄ eos qui rerum

eternarū cupiditate nutum principis obseruat.  
At uero infelicitē uitam nescio an infelior obi-  
tus comitetur. Quamobrem si qui felicitatem  
appetunt nō in principatu· sed in uirtute/ et be-  
ata uita collocatam intelligat· hanc omnes· pri-  
cipatū pauci adipisci possunt · sed iam tempus  
admonet· ne simus uerbosiores· hic tñ si (quod  
sepius suasi) in ocium litterarū/ liberamq; ui-  
tam conferret procul a publicis curis / quemad-  
mōne studiis aduersantur· sicq; paruocontentus  
(quod doctorum hominum uirtus reliquit) po-  
steritatis memorie uacaret· tum uere felicis no-  
men mereretur. Non tamē uereor· si transquil-  
litoribus rebus uti unq; licebit· quin quod sua-  
simus esse nos aliquādo ei persuasuros · que cū  
essent dicta et diei estus remissior esset· discessi-  
mus;

Dogii florentini de infelicitate prin-  
cipum epistola explicit feliciter;

